

## Proprium Missæ

### DOMINICA XX POST PENTECOSTEN XX SEKMADIENIS PO SEKMINIŲ



#### Communio

Meménto verbi tui servo tuo, Dómine, in quo mihi spem dedísti: hæc me consoláta est in humilitáte mea. (Ps 118:49-50)

1. Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini.
2. Beáti, qui servant testimónia ejus, in toto corde exquírunť eum.
3. Adhæsít púlveri ánima mea; vivífica me secúndum verbum tuum.

#### KOMUNIJA

Atsimink savo pažadą, savo tarnui, kuriuo davei man vilties. Net kančioje esu paguostas. (Ps 118:49-50)

1. Palaiminti, kurių kelias be priekaištų, kurie gyvena pagal Viešpaties mokymą.
2. Palaiminti, kas laikosi Jo įsakų, ieško Jo visa širdimi.
3. Limpa dulkės prie mano sielos; atgaivink mane, kaip esi pažadėjęs.

#### Postcommunio

Ut sacris, Dómine, reddámur digni munéribus: fac nos, quæsumus, tuis semper oboedíre mandátis.



#### POSTKOMUNIJA

Viešpatie, meldžiame, kad mes būtume verti Tavo šventų dovanų ir visada klausytume Tavo įsakymų.

#### Introitus

**Omnia, quæ fecísti nobis, Dómine, in vero iudício fecísti, quia peccávimus tibi et mandátis tuis non oboedívimus: sed da glóriam nómini tuo, et fac nobíscum secúndum multitúdinem misericórdiæ tuæ.**

*Ps. Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. (Dan 3:31; 3:29; 3:35, Ps 118:1)*

#### INTROITAS

Viską, ką mums padarei, Viešpatie, pasielgei teisingai, nes Tau nusidėjome ir Tavo įsakymų nepaisėme, bet suteik šlovę savo vardui ir elkis su mumis pagal begalinį savo gailęstingumą.

*Ps. Palaiminti, kurių kelias be priekaištų, kurie gyvena pagal Viešpaties mokymą. (Dan 3:31; 3:29; 3:35, Ps 118:1)*

#### Collecta

**Largíre, quaesumus, Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam placátus et pacem: ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, et secúra tibi mente desérvant.**

#### KOLEKTA

Viešpatie, meldžiame, maloningai suteik savo tikintiesiems atleidimą ir ramybę, kad jie būtų apvalyti nuo visų nuodėmių ir tarnautų Tau tyromis mintimis.

#### Epístola

*Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Ephésios (Ephes 5:15-21)*

**Fratres: Vidéte, quómo do caute ambulétis: non quasi insipiéntes, sed ut sapiéntes, rediméntes tempus, quóniam dies mali sunt. Proptérea nolíte fíeri imprudéntes, sed intellegéntes, quæ sit volúntas Dei. Et nolíte inebriári vino, in quo est luxúria: sed implémini Spírítu Sancto, loquéntes vobismetípsis in psalmis et hymnis et cánticis**

#### EPISTOLĖ

*Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Efeziečiams (Ef 5:15-21)*

Broliai, žiūrėkite, kaip jūs elgiatės: kad nebūtumėte tarytum neišmanėliai, bet kaip išmintingi, gerai naudojantys laiką, nes dienos yra piktos. Nebūkite tad neprotingi, bet supraskite, kokia yra Viešpaties valia. Ir nepasigerkite vynu, kuriame slypi pasileidimas, bet būkite pilni Dvasios. Kalbėkitės psalmių, himnų

**spirituálibus, cantántes et psalléntes in córdibus vestris Dómino: grátias agéntes semper pro ómnibus, in nómine Dómini nostri Iesu Christi, Deo et Patri. Subiecti invicem in timóre Christi.**

### Graduale

**Oculi ómnium in te sperant, Dómine: et tu das illis escam in témpore opportúno. V. Aperis tu manum tuam: et imples omne ánimam benedictióne. (Ps 144:15-16)**

### Alleluia

**Alleluia, alleluia Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: cantábo, et psallam tibi, glória mea. Alleluia. (Ps 107:2)**

### Evangelium

*Sequéntia sancti Evangélij secundum Ioánnem (Ioan 4:46-53)*

**In illo témpore: Erat quidam régulus, cuius filius infirmabátur Caphárnaum. Hic cum audísset, quia Iesus adveníret a Iudaea in Galilaeam, ábiit ad eum, et rogábat eum, ut descénderet et sanáret filium eius: incipiébat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa et prodígia vidéritis, non créditis. Dicit ad eum régulus: Dómine, descénde, priúsqvam moriátur filius meus. Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus vivit. Crédidit homo sermóni, quem dixit ei Iesus, et ibat. Iam autem eo descendénte, servi occurrérunt ei et**

bei dvasinių giesmių žodžiais, giedokite ir šlovinkite savo širdyse Viešpatį, visuomet ir už viską dėkodami Dievui Tėvui mūsų Viešpaties Jėzaus Kristaus vardu, pakludami vieni kitiems dėl Kristaus baimės.

### GRADUALAS

Visų akys žvelgia į tave su viltimi, Viešpatie: Tu duodi jiems maisto, kai reikia.

V. Atveri Tu savo ranką, patenkini kiekvieno gyvūno troškimą. (Ps 144:15-16)

### ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja. Mano širdis ištikima, Dieve, mano širdis ištikima! Giedosiu ir Tave šlovinsiu giesme! Aleliuja. (Ps 107:2)

### EVANGELIJA

*Šventosios Evangelijos pagal Joną tęsinys (Jn 4:46-53)*

Anuo metu Kafarnaume buvo vienas karaliaus valdininkas, kurio sūnus sirgo. Išgirdęs, jog Jėzus iš Judėjos sugrįžęs į Galilėją, jis atkeliavo pas jį ir maldavo eiti ir išgydyti marinamą jo sūnų. Jėzus jam atsakė: „Kol nepamatysite ženklų ir stebuklų, jūs netikėsite“. O valdininkas prašė: „Viešpatie, ateik, kol mano vaikas dar nenumirė“. Jėzus jam tarė: „Eik, tavo sūnus gyvas!“ Žmogus patikėjo Jėzaus žodžiais ir iškeliavo. Pareinantį pasitiko jį tarnai ir pranešė, kad vaikas gyvas. Jis pasiteiravo, kurią

**nuntiavérunt, dicéntes, quia filius eius víveret. Interrogábat ergo horam ab eis, in qua mélius habúerit. Et dixerunt ei: Quia heri hora séptima relíquit eum febris. Cognóvit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: Fílius tuus vivit: et crédidit ipse et domus eius tota.**

### Offertorium

**Super flúmina Babylónis illic sédimus et flévimus: dum recordarémur tui, Sion. (Ps 136:1)**

### Secreta

**Coeléstem nobis praebeant hæc mystéria, quaesumus, Dómine, medicínam: et vítia nostri cordis expúrgent.**

### Præfatio de ss. Trinitate

**Vere dignum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum unigenito Filio tuo et Spiritu Sancto unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personae, sed in unius Trinitate substantiae. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione verae sempiternaeque Deitatis, et in personis proprietates et in essentia unitas, et in majestate adoretur aequalitas. Quam laudant Angeli atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie una voce dicentes: Sanctus.**

valandą sūnui pasidarė geriau. Jie atsakė: „Vakar apie septintą valandą atslūgo jam karštis“. Taip tėvas patyrė, kad tai buvo ta valanda, kada Jėzus pasakė jam: „Tavo sūnus gyvas“. Ir įtikėjo jis pats bei visi jo namai.

### OFERTORIUMAS

Prie Babilonijos upių – ten mes sėdėjome verkdami, Ziono kalną atsiminę. (Ps 136:1)

### SEKRETA

Viešpatie, meldžiame, tegu šios paslaptys būna mums dangiški vaistai ir išvaro blogį iš mūsų širdžių.

### ŠVČ. TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubinai ir Serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.